Inter Magnificos Marschalcum Vilkomiriensem et Sapiezanka Scriptio

In causa et actione coram p̃nti officio Castrensi Capitaneali Branscensi vertente et agitata Inter Magnificum Georgium Mondwid Jerzykowicz Marschalcum Vilkomiriensem Actorem Et Magnificam Annam Sapiezanka ex Magnifici Casimiri in Dubno Sapiha Capitanei Kemonciensis filiam conter vero Magnifici Francisci Joannis in Kloczow Lesznowolski Capitanei Branscen p̃ntem maritatam cum eiusdem mariti ips assa et authoritate citatam Ad Inscriptionem ips Castren Branscensem mediante qua ipsa eidem Actori summam Decem Millium floren polon debiti certi et liquidi pro tempore in eadem Inscriptione expresso iam pridem elapso sub vadio simili summa aliorum Decem Millium floren polon ad soluen inscripsit et non soluit nec hucusq soluere curat per quod vadium similis summa in Inscriptione contenta succubuit. Pro eodem decernendo vna cum solutione summa essentialis citatur. Citatione ipsa originali p̃missa in se copiosius continente. Cuius copiam sigillatam Mtis Regni Gnlis Prouidus Bartholomaeus Korzycki recognouit se Sabbatho post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris Anno Millmo Sexcentmo Quinquagmo primo in bon Dubno citatae propriis posuisse et depone vt iuris est offose publicasse. Hodierno itaque in Termo ex eadem citatione ad p̃ns lgme deveniente et incidente. Partes p̃denominatae vtriusq Actorea per se p̃ntes citata vero per Nlem Andream Anzelmum Szablowski comparentes et controuertentes Terminum de mutuo sui consensu admittente offo eodem talem qualem ad p̃ns habere debuerunt ad sequentes Querellarum Terminos in quatuor se p̃marios prox cellebran nullius partium iure laeso imo vtriq parti saluo in robore permanente scribunt limitant prorogant et disiungunt. In quibus parti vtriq ad exequenda p̃missa et vlterius secum ea in causa iuridice proceden paratis peremptorius q̃q Terminus praefigitur et conseruatur.

Gnosi Frankowski Poena 14 Marcarum

Super Innotescentiam Castrensem Capitanealem Branscensem primam Exequutorialem qua Generosus Martinus Frankowski in Wyszogrod et Brzozowo haeres Actor Ad officium p̃sens Generosos Annam Holowiesanka relictam et Casimirum Augustum Boguslaum Annam filios et filias olim Generosi Stephani Mathesy Lanski in Sokowisko Dominam aduitalicialem et reformatoriam ac alio quouis modo possessor Reuifican causam et actionem suam totumq processum post ob memoratum maritum et parentem ips nuper hac causa indecisa pendente demortuum

ad eundem